



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XVIII. Reatina fideicommissi de Vecchiarellis. De eadem materia concursus ad defectam portionem plurium ejusdem generis gradu inæqualium, An scilicèt, & quando remotiores ex beneficio ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Aded enim ista omnium linearum æqualis dilectio in consideratione habetur, quod etiam si testator gravato expressam tribuat facultatem disponendi intra genus vocatum, aliquos gratificando, ac alios negligendo, adhuc tamen intelligitur intra omnes lineas respectivè, itaut omnes honoratæ remaneant, neque possit una linea honorari, & altera negligi, facultas verò censetur data intra personas cujuslibet lineæ juxta firmata per *Rotam in Romana hereditatis de Spatis 16. Januarii 1665. & 8. Februarii 1666. coram Cerro*, de qua causâ habetur actum infra *disc. 57.* ubi licet resolutiones prædictæ non omnino placeant, Attamen id provenit ex defectu applicationis ad casum ex facti circumstantiis, admittitur autem propositio juris in abstracto.

Secundo in idem, quia si defecta una linea post remotissimum tempus, successio in hac defecta portione regulanda esset ex sola proximitate gradus intra personas diversarum linearum, sequeretur idem inextricabilis litium anfractus, qui consideratur per tenentes opinionem, ut proximitas regulanda sit à persona gravati & non gravantis, quando tenenda esset altera opinio spectandi personam gravantis, quod scilicet post remotissima tempora impossibile esset per gradus distinctos proximitatem firmare, ut cæteris relatis habetur *apud Orthobon. decis. 21. n. 13. & 14. & infra in Rom fideicommissi de Victoriis disc. 23.* ideoque admittendus est concursus omnium linearum in personis eorum, qui natu majores reperiuntur in eis primi seu posteriores discretivè.

Tertiò, quia ubi supponitur omninò defectam ac evacuata esse unam lineam, itaut faciendus sit transitus ad lineas diversas, & consequenter non urgeat ratio continuationis in eodem sanguine seu eadem lineâ, tunc rectè intrat limitatio, de qua cæteris relatis *apud Merlin. decis. 520. num. 11. cum seqq. aliis decis. 519. par. 5. recent. ac in d. Romana fideicommissi de Victoriis disc. 22. & disc. 15.* ut tunc revolvatur ordo successionis, atque ista regulatur magis à persona testatoris, qua attenda, intrat repræsentatio in infinitum, atque tanquam inter descendentes spectato principio seu stipite, non datur graduum inæqualitas.

Quartò quia, licet regulariter vera sit propositio, ut successio fideicommissaria regulari debeat jure successionis intestatæ, atque juxta istius ordinem, nihilominus id intelligitur juxta subjectam materiam, ac verisimilem testatoris voluntatem, qua attenda, non curatur duplicitas vinculi, sed juxta magis communem, & à Rota receptam opinionem, æqualis est omnium descendendum æqualis gradus conditio, non spectata unicitate vel duplicitate vinculi cum ultimo defuncto, quoniam sufficit, ut omnes sint conjuncti ex eodem stipite testatoris, ut cæteris relatis plenè probat *Bellon jun. de jur. accresci. cap. 5. quest. 56. num. 15. cum seqq. & tenuit sæpè Rota, præsertim apud Buvatt. decis. 770. & decis. 801. apud Orthob. decis. 91. apud Roias decis. 386. coram Celso decis. 33. & in aliis, cujus contrarium est in successione ab intestato, cujus proinde ordo, non ita simpliciter & indefinite, sed juxta subjectam materiam, ac verisimilem testantis voluntatem attendi debet.*

Et quinto demum, per quamdam assimulationem, in idem conferre dicebam ea quæ habentur deducta in hac eadem controversia inter easdem partes super successione feudorum *d. titul. de feudis disc. 8.* quod scilicet stante habituali individuitate, ita successio regulanda esset, potius ex quodam jure accrescendi vel non decrescendi inter portiones, ut portio defecti aliis portionibus extantibus æqualiter accrescat, quam jure successorio inter personas,

ex ibi deductis; Licet enim in ista controversia deicommissaria non intret ratio individuitatis peculiari natura feudorum Dignitatis ibi constituta, cum agatur de bonis alodialibus indifferenter de sui natura acti & habitu diuiduis, attamen cum testator expressè declaraverit, universam hæreditatem subiacere debere in perpetuum commisso reali ad favorem totius descendenti prius masculinæ, & deindè feminæ, ita saltem in propriè inducere potuit quandam individuitatem dictæ hæreditatis, divisa fructione per portiones juxta eam individuitatis speciem, quæ ponitur infra in *Romana palatii de Capramica disc. 106.*

Neque obitare dicebam ea quæ supra in commarium ponderata sunt circa demandatum proximitatem *salva semper prerogativa graduum*, quoniam intelligitur juxta subjectam materiam ac naturam successionis, ut bene probatur ex deductis per *Bollon repræsentat. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 16.* ubi tractata etiam dicta distinctio inter unam vel plures lineas ab initio constitutas, firmatur in specie, quæ ubi etiam testator expressè mandaret attendi debere prerogativam graduum, intelligitur tamen dicta juxta ordinem linearum & intrâ propriam lineam. Licet enim dictus Auctor ac alii apud eum loquuntur de majoratibus Hispaniæ individuis ac juremogenitæ ordinem uni tantum deferendis, tamen propterea prerogativa lineæ vincit gradum, & ceteros alios, Nihilominus eadem ratio adaptabilis videtur fideicommissis, in quibus plures lineæ ab initio discretæ constitutæ sint; Et de dictione *semper intelligenda compatibiliter ac discretè juxta subjectam materiam, ac citrà repugnantiam voluntatis testantis vel admissionem inconvenientiū habetur decis. 10. nu. 6. cum seqq. par. 7. recent. dec. 85. num. 11. & par. 8. apud Roias dec. 90. num. 5. cum seqq.* aliis pluribus, quoniam in hac materia vis non datur verbis sed in substantia verisimilis voluntatis, quæ ad istum casum rectè adaptari observandum quæ in *Reatina disc. seq.* per scribentes in commarium ad favorem remotiorum deducebantur in clausulam *in stirpes*, ac circa subingressione vulgaris anomolæ, ut ubi.

Inter scribentes autem pro Fortunato proximitate fuit *Manzius I. C. Lucensis* qui ejus scripta stravit inter suas consultationes *consul. 84. & 85.* ubi etiam de scriptis per alios hinc inde.

## REATINA FIDEICOMMISSIS DE VECCHIARELLIS

PRO  
CARDINALI ODOARDO  
& FRATRIBUS.

CV M

BARTHOLOMEO & FRATRIBUS  
DE VECCHIARELLIS.

Casus decisus per Rotam pro Cardinali  
& fratribus.

De eadem materia concursus ad defectam  
portionem plurium ejusdem generis  
graduum

gradu inæqualium, An scilicet, & quando remotiores ex beneficio representationis, vel subingressione in gradum corruptum sui ascendenti jure vulgaris anomalæ fiant proximioribus æquales, & de eadem differentia unius vel plurium linearum.

## S Y M M A R I U M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 Decisiones cause.
- 3 In successione fideicommissaria attenditur proximitas gradus, ubi non intrat representatio.
- 4 De vulgari anomolâ in auctente subingressione, per quam remotior fit æqualis proximioris.
- 5 De clausula in stirpes & non in capita quod faciat eandem operationem.
- 6 Conclusiones, de quibus supra num. 4. & 5. cessant ex contraria voluntate testatoris.
- 7 Examinantur auctoritates contrariae deductæ supra num. 4. & 5., & qualis propriè sit vulgaris anomolâ de qua loquitur Bart.
- 8 De attendenda proximitate gravati & non gravantis.
- 9 Respondetur in specie ad decisionem Coccei super vulgari anomolâ & subingressione.
- 10 De difficultate cadente in causa ob plures lineas ab initio constitutas.
- 11 Respondetur, & quando hæc pluralitas non habeatur in consideratione.
- 12 De alio casu controversia in diversa causa Ravenatena.
- 13 Et de alio in una Estina.
- 14 Et de alio in una Sabina, qua omnes sunt super eodem articulo.
- 15 De aliis auctoritatibus assistentibus proximioribus in gradu.

## D I S C. XVIII.

**B**arholomæus de Vecchiarellis instituit hæredibus Octaviano & Vincentio filiis, adhibendo serè de verbo ad verbum formulam traditam à Marcaro in ejus epitome fideicommissorum, perpetuum descendivum ac recipivum fideicommissum in universa dictorum filiorum descendencia ordinavit, decidendo quæstiones tunc involutas, ut attendi deberet proximitas gravati & non gravantis, quodque representatio non detur, nisi respectu ascendenti & patri, illud addendo, quod semper servari deberet ordo successione ab intestato, in stirpes & non in capita; Defecto autem Octaviano sine prole, ideoque hæreditate consolidata in solo Vincentio, hic paternum assensu notabiliter augendo, in ejus testamento, instituit hæredibus, Marino, Hyppolito, Antonio, Bartholomæo, & Pompeo ejus filii, inter eos fideicommissum quoque ordinavit in omnibus relative ad dictum testamentum paternum, perinde ac si illud de verbo ad verbum in ejus testamento insertum esse.

Ex dictis quinque filiis, duo, nempe Marianus & Antonius obierunt absque prole, unde utraq; hæreditas prædicta consolidata fuit in aliis tribus superstitionibus, atque successivè præmortuis Hyppolito & Bartholomæo prole relicta, ultimo loco obiit Pompeus absque prole, condito testamento, in quo hæredes æquè instituit Cardinalem Odoardum & fratres ex Hyppolito fratre nepotes, ac Bartholomæum & fratres ex Bartholomæo seniore altero fratre pronepotes, filios scilicet Vincentii etiam tunc defuncti præfati Bartholomæi filii, unde propterea, stante

gradu inæqualitate, cum Odoardus & fratres tertio gradu dicto ultimo defuncto approximarent, dicti verò Bartholomæus & fratres quarto gradu distarent, adeo ut attento ordine intestatæ successione, ista sine dubio debita esset præfatis gradu proximioribus, cum ultra fratrum filios certum sit non intrare beneficium representationis, Hinc dicti proximiores prætere caperunt eis tantum successione fideicommissariam in dicta defuncta portione debitam esse; Et introducta causa in *Rota coram Verospio*, sub die 12. Junii 1656. ad favorem proximiorum in exclusionem remotiorum prodit resolutio, ad cujus normam expedita sententia, & commissa causa appellationis in eadem *Rota coram Emerix*, sub die 29. Maji 1667. pro dicta sententia confirmatione responsum fuit, quod etiam sequutum est in tertia instantia coram *Albergato* sub die 23. Junii 1666.

In istis autem disputationibus per me ac alios scribentes pro Cardinali & fratribus, deducebantur eadem quæ habentur super simili puncto deducta in *Maimen. fideicommiss. de Rangonis disc. preced.* ad favorem gradu proximiorum, ut scilicet cum testator expressè mandasset servari debere ordinem intestatæ successione cum sola representatione cum patre, ita casus remanebat extra controversiam, dum concursus non erat cum patruis, sed cum consobrinis patris quinto gradu attentibus, unde propterea sine dubio non intrabat representatio, & consequenter attento ordine intestatæ successione, stantibus notariis principis, potiores erant partes proximiorum, totusque punctus erat in limitationibus ex quibus scribentes pro remotioribus fundamentum constituebant.

Earum autem prima deducebatur ex Vulgari in fideicommissum quam vulgò *Anomolam* dicimus, quæ communiter tribuitur *Bartholo in l. quamdiu nu. 10. ff. de acquir. hæred.*, per quam corrupto gradu antecedenti subsequens in ejus locum subingreditur, unde propterea id quod non obtinetur ex beneficio representationis ita obtineri dicitur ex altero subingressione, nimirum copiosas desuper deducendo auctoritates congestas per *Amat. resol. 40. num. 8. cum seqq. Gioagnon. conf. 76. & 77. lib. 1. Rota decis. 201. & 227. par. 8. rec. 3.* Et in specie ad hunc effectum, ut ex hujus vulgaris beneficio remotior occupans locum patris vel avi prædefuncti, atque ita in illum subingrediens fiat proximiori æqualis *Menoch. conf. 124. Odd. conf. 39. Rot. dec. 198. par. 4. rec. tom. 2. repetit. decis. 96. post Merlin. de legit.*, ita cum magno apparatu exaggerando differentiam inter representationem & subingressione, quam præ cæteris bene explicat *Magon. decis. Florentin. 147.*

Et secunda erat ob clausulam in stirpes & non in capita; Cum enim hoc vocabulum stirpis complexivum sit plurium diversorum graduum, ex quibus conficitur, idcirco perneceesse supponit inæqualitatem, qua non obstante ita testator omnes vocare voluit, reputando omnes de eo genere vocato tanquam unum & idem corpus, nulla constituta differentia, quod unus sit paulò proximior, alter verò paulò remotior, *Menoch. d. conf. 124. numero 67. Altograd. conf. 58. numero 31. & conf. 67. num. 23. lib. 1. Fusar. de substit. quest. 320. nu. 40 & 41. & plenius quest. 48. num. 51 & 115.*, ubi pondera dictam rationem per eadem verba ab ipso repetitam *conf. 89. num. 14.*

Utrique motivo in dictis Rotæ decisionibus respondetur, ut præmissa procedant in dubio ex sola juris præsumptione, & quando testatoris voluntas incerta seu ambigua est, secus autem illa in

e LUCA  
De  
tamentis  
t cat  
CVI  
9

in contrarium concurrente, ut in presenti, dum testator expressè disposuit servari debere gradus prærogativam, & quod magis, ut attendi deberet ordo intestatæ successioneis.

Atque ad inculcatum fundamentum superfluitatis vel contradictionis, si dicta clausula *in stirpes* id non operaretur, responderetur, & bene, quod protollendo argumeto contradictionis vel superfluitatis, sufficit qualis qualis operatio, quæ in presenti rectè concurrerebat in casu quo intraret representatio inter descendentes, ubi per ascendens mortem casus successioneis factus esset, Vel inter collaterales, ubi concursus esset inter nepotes & patruum, quibus tantum casibus juxta ordinem intestatæ successioneis, testator illam voluit locum habere.

Responsiones prædictæ, quas ego & cæteri scribentes pro proximioribus dabamus, reflectendo etiam ad solam veritatem, videbantur solidæ quoad successioneis primi testatoris, in qua non intrat discretio linearum ponderata in *d. Mutinen. disc. præced.*, non obstantibus dictis auctoritatibus in contrarium allegatis, illas siquidem distinctè expendendo; Quatenus pertinet ad dictam generalem theoreticam *Bartoli in dicta l. quamdiu*, & de qua apud *Amat. & Giouagnon. ubi supra*, & *Rotam d. dec. 201. & 227. par. 8.*; Dicebam eam deduci ad casum quæstionis cum æquivoco claro, illa enim percutit casum seu terminos omnino diversos, illius scilicet vulgaris in fideicommissio, seu anomolæ, per quam impediatur caducatio quæ aliàs per dispositionem *text. in l. vnic. Cod. de caduc. tollen.* resultare solet de gradibus subsequenter per caducationem seu corruptionem præcedentis juxta ea, quæ ad materiam hujus vulgaris anomolæ pluries habentur infra in *Perusina & in aliis disc. 107.*, & *seqq.* ubi de inspectione, an voluerit testator facere necne fideicommissum graduale juxta alteram theoreticam *Angeli in eadem l. quamdiu*; Ideoque his auctoritatibus ac similibus de medio sublatis utpotè extraneis à casu quæstionis, remanebant solum dictæ speciales auctoritates *Menoeh. conf. 124.*, & *Odd. conf. 39.*, quarum nullam rationem habendam esse dicebam, etiam in sensu veritatis; Tum quia in casibus, de quibus ipsi agunt, non concurrebant istæ circumstantiæ voluntatem testatoris adeo restringentes, illa præsertim ut spectari deberet ordo intestatæ successioneis; Tum clarius, quoniam de tempore quo ipsi scripserunt, adhuc indecisa erat apud antiquiores involuta quæstio, An proximitas regulanda esset ex persona gravantis vel gravati, ipsique erant de tenentibus opinionem, quod attendenda esset persona gravantis, quo præsupposito retento, bene resultat consequentia, quoniam in descendentes respectu ascendens datur representatio in infinitum.

Hoc autem præsuppositum in hac facti specie omnino corruebat, Tum quia hodie ista quæstio est ubique decisa, præsertim verò in *Rota & Curia*, ut non refragante testatoris voluntate attendi debeat persona gravati non autem gravantis juxta plenè firmata apud *Orthobon. decis. 21.*, quæ est in materia magistralis, cum aliis infra in *Romana fideicommiss. de Victoris disc. 23.*, & alibi, unde propterea ista quæstio remanet solum in *Scholis & Academiis* pro tyronum ingeniis acuendis, à foro autem, excepto casu transitus de uno gradu substitutionis ad alterum, vel altero diversæ voluntatis testatoris, exulasse videtur; Tum clarius ac extrà principium dubitandi, dum ipsemet testator, juxta cautelam traditam à *Marzario ut supra*, hujusmodi quæstionem decidere voluit, expressè mādando servari debere proximitatē gravati.

Et quoad decisionem *Rotæ coram Cotto* *par. 4. rec. tom. 2. aliàs 96. post Merim. de legum. cisionibus tradita*, ut scilicet ibi non concurrebat diversa testatoris voluntas ita expressè declarata, sed etiam altera, quod ibi erant plures lineæ, sive plures ordines & gradus substitutionum, unde propterea data exclusione personarum remotior reperitur, esset dare perpetuam conclusionem lineæ, vel æqualiter, vel magis debetæ *præced.*, ideoque quoad successioneis primi testatoris, cujus respectu omnes concurrentes erant de unica lineæ, in sensu etiam veritatis, bonorum proximiorum videbatur indubitatum.

Difficultas igitur, retenta dicta distinctione, an ab initio unica vel plures lineæ constitutæ in residere videbatur in altera hæreditate secundæ testatoris, ex eisdem auctoritatibus & rationibus de quibus in *dicta Mutinen. disc. præcedentis*, quævis ita distinctè id per scribentes in contrarium non deduceretur, sed allegando *Fusar. quæst. d. 485.*, id involveretur sub motivo clausulæ *in stirpes*, ideoque non mirum, quod in decisionibus ad hanc distinctionem non descenditur, verum eodem sensu veritatis retento, quamvis *ut eodem disc. præced.* pro meo judicio verissimum reputem motivum, credebam tamen in hac specie non intrare, Tum ob superius insinuatam magnam circumstantiam non cadentem in *dicta Mutinen.*, quod scilicet testator expressè voluit servari debere ordinem intestatæ successioneis perinde ac si ageretur de succedendo ultimo morienti ab intestato, quo ordine retento, ab initio est dictam linearum distinctionem non intrare, sed procedi cum sola proximitate graduum admittendo solum remotiorem cum proximioribus in casu quo intret beneficium representationis & sic est quedam circumstantia particularis adducens expressam voluntatem testatoris, quæ concurrente, non curantur contrariæ rationes absurda, dum in judicio non queritur, quantum testator voluerit, sed quid voluerit.

Tum etiam quia secundus testator, novam diversum succedendi ordinem inducere non potuit dum disposuit in omnibus relativè ad testatum paternum, ideoque intrare non potuit discretus, seu diversus succedendi modus, sed potius secundus testator ita voluit contineri debere etiam in bonis suis in unicitate lineæ ab ipso constituta, absque eo quod filii novas ac diversas lineas constituerent, & sic magna differentia inter istum casum, & alterum, de quo in *dicta Mutinen. disc. præced.*

Retenta verò dicta distinctione, An una vel plures lineæ ab initio essent constitutæ in *Romanen. fideicommissi de Rasponis*, consultus pro veritate ex parte remotiorum, in ipso instanti arbore, oretenus respondi contra remotiorum requirentem, idemque confirmavi in *responsione* pro veritate desuper edito, cui non acquiescentibus dictis remotioribus, quia fortè alii in *dicta* essent sententia, introducta concorditer *curia Rota coram Cerro*, juxta meum votum præcedunt resolutiones sub diebus 7. Februarii 1668. confirmata de anno 1668. dum agebatur de una ca lineæ ab initio constituta; Cum enim *Curia de Rasponis*, institutus Julio & Raspono filii perpetuum descensuum ac reciprocum fideicommissum ordinasset in ejus descendentiâ,

# ROMANA. FIDEICOMMISSI DE PANDINIS

PR O

JACOBO MARIA ET HORTENSIO  
DE DULCIANIS.

C V M N.

*Casus disputatus coram A. C. incertus  
est exitus.*

De eadem materia concursus plurium ratione gradus, in quo sint aequales, sed inaequales in numero respectu linearum seu stipitum, puta nepotum ex duobus fratribus & sororibus praedefunctis, an succedant in capita vel in stirpes; Et quid ubi eorum vocatio est dependens & consequitiva à stipitibus, quia nempe sint filii in conditione positi fratrum vel substitutorum.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**Acti series.
- 2 Plurium fratrum filii, non extantibus patris, succedunt ab intestato in capita.
- 3 Idem in successione testata, vel fideicommissaria.
- 4 Quid in successione emphiteutica.
- 5 Quid ubi tales filii veniunt dependenter à personis eorum parentum.
- 6 Habens pro se regulam, dicitur habere intentionem fundatam, donec probetur limitatio.
- 7 Filii in conditione positi censentur ex statuto Urbis vocati, ac si expresse, & dispositivè vocati essent.
- 8 Declaratur conclusio, quod filii in conditione positi censentur vocati ad portionem patris, & non patris.
- 9 De consil. 126. Croti, & an successio emphiteutica reguletur in stirpes, vel in capita remissivè.

DISC. XIX.

**T**estator instituit hæredibus, Isabella & Hieronyma sororibus, istis morientibus absque filiis, alios conjunctos substituit. Cumque dictæ sorores testatori prædeceserint, superstitibus ex utraque filiis in numero inaequali; Hinc super hujusmodi successione orta est controversia, an scilicet præfati nepotes ad eam venire deberent in stirpes, itaut quilibet respectivè ad propriam matris portionem vocati censentur, dum versabamur in Urbe, in qua ex statuto 142. filii in conditione positi censentur vocati, perinde ac si eorum expressa & dispositiva substitutio adesset, vel potius succederent in capita; & introducta causa coram A. C. scribentes pro illis, qui in minori numero prædebant successione in stirpes, ut ita aliis majoris numeri aequales fierent non negabant conclusionem, quam ego scribens pro altera parte deducebam, ut cessante concursu cum patris vel avunculis seu amitis & materteris, itaut non intret necessitas representationis, hodie ubique in foro, præsertim in Rota & Curia recepta sit opinio *Azzonis* contra *Accursum*, ut omnes succedant in capita, non autem in stirpes ex deductis per *Thef. decis. 162. Franch. decis. 24. Prat. obser. 11. Buratt. decis. 352. Rot. dec. 600. par. 5. rec. decis. 180. 278. par. 6. & frequenter.*

E

Quod

o (o)

Cardin. de Luca de Fideicommissis